Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Spiritum veritatis ℣ amico
et pacis qs domine da famulo tuo ℣
ut et te tota mente cognoscat. et que tibi
placita sunt toto corde sectetur. ℣ Secr
In honore nominis tui dne preces et munera
offerimus pro famulo tuo ℣ pri qs. ut conveni
ent hec agere. et remedia illi valeamus sem
piterna obtinere. ℣ dnm nrm. Complend.
Hui domine preceptio sacramenti famulum
tuum ℣ mundet a crimine. et ad celestia reg
na perducat. ℣ dnm. ℣ Cuncto pplo xpiano
Deus qui erraticis ut inviam pos
sint redire iusticie veritatis tue lu
men ostendis. da cunctis qui xpiana
professione censentur et illa respuere que huic mi
mica sunt nomini et ea que sunt apta sec
tari. ℣ dominum nrm ihm Secr
Propiciare qs dne supplicationib; nostris
ut hec oblatio quam oculis tue maiesta
tis offerimus nobis ad salutem et cunctis